 Cura ut valeas, & ita tibi persuadeas, mihi te chari-
 tias nihil esse, nec vñquam fuisse. Vale, mea Teren-
 tia, quā ego videre video: itaque debilitor lachry-
 mis. Vale. Pridie Calend. Decemb. Dyrrhachii.

¶ Ex primis literis tuis, Par tes premières lettres,

C. iiiij.



Aut ad summum, ou tout au plus,
 [Ex] secundis, par les seconde,
 Constituere poterimus, nous pourrons conclure
 Quid nobis faciendum sit, ce qu'il nous faudra faire.
 ¶ Vélim modò, T'ant seulement i te prie,
 Ut ad me perscribas, que tu m'escrives au long
 Omnia, toutes choses.
 Diligentissimè, bien curieusement:
 Etsi iam, toutesfois que maintenant
 Magis debeo, plus tost ie doy
 Expectare rem) i. ipsius rei exitum, attendre l'issue de la
 chose,
 Quàm literas, que des lettres.

¶ Cura vt valeas, Mets peine d'entretenir ta santé:
 Et ita tibi persuadecas, & sois assurée
 Nihil esse mihi charius te, qu'il ne m'est rien plus cher
 que toy,
 Nec vñquam fuisse, ny nefut iamais.

¶ Vale, mea Terentia, A Dieu, ma femme bien aimée,
 Quam ego vidère videor, laquelle il me semble que ie voy:
 Itaque débilitor lachrymis, parquoy le cœur me faut de force
 de pleurer.

¶ [Datum] pridie Calendas Decembres) i. vltimo die
 Nouembris, Donné le dernier iour de Novembre
 Dyrrachij, à Duraze.

Epistola I III. praelectio I.

M. C. TERENTIAE, ET TULLIOLÆ, ET
 CICERONI SVIS S. P. D.

Ego minus s'ape ad vos do literas, quàm possum:
 Propterea quòd cùm omnia mihi tempora sunt
 misera:tum vero, cùm aut scribo ad vos, aut vestras
 lego, conficiar lachrymis, sic, vt ferre non possim.
 Quòd vtinam minus vitæ cùpidus fuissim: certè ni-
 hil, aut non multum, in vita mali vidissimus.

Ego ad vos do literas, Je vous envoye des lettres

Minus



Minus ſaſe, le moins ſouuent,
Quām poſſum, que ie puis:
Propterea quōd, pource que
Cūm i. non ſolūm, non ſeulement
Omnia tempora) ſub.huius vitæ meæ, tout le temps de ma
vie présente

Sunt mihi miſera, ſont miſerableſ pour moy:
Tum verò, mais d'avantage, ſub. quōd, à cauſe que
Cūm ſcribo ad vos [literas,] quand ie vous eſcris des lettres,
Aut cùm lego veſtrás, ou que ie lis des roſtretes,
Conficior la chrymis, ie fonds en larmes, ie me tue de pleurer,
Sic, de telle ſorte
Vt ferre non poſſim, que ie ne le puis endurer.

¶ Quōd vtinam i. atque vtinam, Et plenſt à Dieu que
Fuifſem, i. eufſe efté
Minus cupidus vitæ, moins conuoiteux de la vie, c'eſt à dire,
ô ſi ie me fuſſe moins ſoucie de viure!
Certè, ſans point de faute
Nihil mali i. nullum malum
Vidiffemus, nous n'enſions point ven de mal
In vita[noſtra,] en noſtre vie,
Aut non multum, ou bien peu.

II.

Quōd ſi nos ad aliquam alicuius commodi alí-
quando recuperandi ſpem fortuna reſeruauit: mi-
nus eſt erratum à nobis: ſin hæc mala fixa ſunt: ego
verò te quamprimum, mea vita, cupio videre, &
iu tuo complexu émoti: quando neque Dii, quos
tu caſtilſime coluisti: neque homines, quos ergo fer-
uaui ſemper, nobis gratiam retulerunt.

Quōd ſi i. ſi autem, Mais ſi
Fortuna reſeruauit nos i. me, la fortune m'a reſerué
Ad aliquam ſpem, à quelque eſperance
Recuperandi alicuius commodi, de recouurer aucun bien
Aliquando i. aliquo tempore, à quelque fin:

Minus est erratum à nobis) i. ego minus peccauis, *ay moins faillî*, ma faute n'est pas si grande:

Sin hæc mala, mais si ces maux que i'endure

Sunt fixa) i. immutabilia, sont arrestez & immuables: c'est à dire, s'ils doient touſſours durer:

Ego verò, certainingement quant à moy,

Of Terentia,] mea vita, Terence ma vie,

Cupio te videre, ie desire fort de te voir

Quamprimum) i. cùm primum fieri poterit, le plusloſt qu'il
ſe pourra faire,

Et emori in tuo complexu, & de mourir entre tes bras:

Quando, puis que

Neque Dii, ny les Dieux

Quos tu coluisti, que tu as seruis

Castissimè) i. purissimè, & sanctissimè, en toute sainteté
de vie,

Neque homines, ny les hommes,

Quos ego seruaui, ausquelz i'ay sauué la vie

Semper) i. quandiu ego vixi, tant que i'ay vescu,

Nobis gratiam retulerunt, ne nous ont point recompensez.

III.

Nos Brundusii, apud M. Lenium Flaccum, dies
xiiii. fuimus, virum optimū: qui periculum fortun-
arum, & capitis sui, pro mea salute neglexit: ne-
que legis improbissimæ poena deductus est, quomodo
nushospitii, & amicitie ius, officiumque praestaret.

*Nos fuimus Brundusii, Nous avons été à Brindes
Dies trédecim, treze iours,*

*Apud Marcum Lenium Flaccum, chez Marcus Lenius
Flaccus,*

Virum optimum, fort homme de bien:

Qui neglexit, lequel a mis du tout en derrière

Periculū fortunarum [suarum] Je daignier de perdre ses biés,

Et capitis sui) i. vitæ suæ, & sa vie,

*Pro mea salute, pour ma sauueté; c'est à dire, pour me garder
de mort;*

Neque

Neque deductus est, & n'a point esté destourné
 Poëna improbisimæ legis) sub. Clodianæ, pour la peine
 contenue en la tresfinique Loy de Clodius,
 Quo minus ille præstaret [mibi] ius hospitii, qu'il ne me
 rendist le droit d'hospitalité,
 Et officium amicitiæ, & le devoir d'amitié.

III.

Huic utinam aliquid gratiam referre possimus: habebimus quidem semper. Brundusio profecti sumus ad v. Cal. Maias: per Macedoniam Cizicum petebamus.

¶ Utinam possimus, Dieu rveille que nous puissions
 Aliquid, quelque temps à venir
 Huic referre gratiam, luy rendre le plaisir:
 Habebimus quidem sub. ei gratiam, à tout le moins il nous en
 souviendra, & luy en ferurons bon gré
 Semper, toute nostre vie.

¶ [Nos] profecti sumus, Nous partîmes
 Brundusio, de Brindes
 Ad quintum Calendas Maias) i. die septimo & vigesimo
 Aprilis, le vingtseptième iour d'Auril;
 ¶ [Et] Cizicum petebamus, & nous en allions à Cizic
 Per Macedoniam, par le pays de Macédoine.

V.

O me perditum, ô me afflictum! quid nunc rogem te vt venias, mulierem ægram, & corpore, & animo confectam? Non rogem? sine te igitur sim? Opinor, sic agam: si est spes nostri réditus, eam confirmes, & re ádiues: sin (vt ego metuo) transactum est: quoquo modo potes, ad me fac venias. Vnum hoc scito: si te habebo, non mihi videbor planè periisse.

¶ O me perditum, ô me afflictum! O moy perdu,

accable, ô malheureux que je suis, ô que je suis miserable!
 Quid rogem te, comment te puis ie prier
 Nunc, maintenant
 Ut venias[ad me,] que tu viennes à moy,
 [Te inquam] mulierem ægram, toy, di-ie, qui es femme
 debile,
 Et corpore, & animo confectam toute rompue, tant de corps
 que d'espri?

Non rogem te? Que ie ne te prie pas?
 Sine te ig[tur] sim? puis-ie donc estre sans toy?
 Opinor, sic agim). sic agere debo, ut milii videtur, voicy
 que ie d'y faire, ce me semble:
 Si est spes[aliqua,] s'il y a quelque esperance
 Nostris reditus) sub. ab exilio, que ie retourne de ce bannis-
 sement,
 Fac[vt] confirmes eam) spem scz, fay que tu la consermes,
 Et adiuues[eam,] & que tu y aides
 Re[ipsa,] par œuvre, & par effect: c'est à dire, de tout ce que tu
 pourras:

Sin)i. si vero
 Transactum est i. si omnino res est transacta, & despe-
 rata, mais s'il en est fait, & s'il n'y a plus d'esperance,
 (Vt ego metuo, comme ie crains)

Fac ad me venias, fay que tu viennes à moy,
 Quoquo modo potes)i. poteris, sub. id facere, en quelque
 maniere que tu le pourras faire.

Vnum hoc scito, sois assurée singulierement de ce point:
 Si te habeo, sub. mecum, que si ie te puis avoir avec moy,
 Non mihi videbor, ie ne m'estimeray pas
 Planè perisse, estre du tout perdu.

VI.

Sed quid Tulliola mea fiet? iam id vos videte:
 mihi deest consilium. Sed certe quoquo modo res
 se habebit, illius misellæ & matrimonio, & famæ
 seruiendum est. Quid Cicero meus, quid aget? Iste
 verò sit in sinu semper, & complexu meo. Non
 queo

queo iam plura scribere: impedit mœror.

¶ Sed quid fiet Tulliola mea? i. filia mihi charissima? Mais que deniendra Tulliola ma treschere fille?

Iam id vos videte, d'és maintenant regardez-y entre vous:

Mihi[enim] deest consilium, car quant à moy, je suis despour-
neu de conseil.

¶ Sed certe, Mais certainement,

Quoquo modo tes se habebit, quoy qu'il en soit, quoy qu'il
aduicme de moy,

Seruendum est) i. consulendum, il faut avoir esgard

Et matrimonio, & famæ, tant au mariage, qu'à l'honneur &
bon renom

Illius misellæ, de la poure fille, (Tulliol v scz.)

¶ Quid Cicero meus? i. filius mihi charissimus, Et

Cicero mon fils bien-aimé,

Quid aget? que fera-il?

¶ Itte verò) Cicero meus scilicet, Vrayement quant
à cestuy-la,

Sit semper, ie desire qu'il soit touſtours

In ſinu, & complexu meo, entre mes bras: c'est à dire, auſtres
de moy.

¶ Non queo iam, ie ne puis plus

Plura scribere[ad te,] t'crire d'avantage:

[Nam] mœror) i. dolor, car la douleur

Impedit) i. me prohibet, m'empêche, sub. id facere, de ce
faire.

VII.

Tu quid egeris, nescio: vtrum aliquid teneas,
an (quod metuo) planè ſis spoliata. Pifonem , vt
ſcribis, ſpero fore ſemper noſtrum. De familia li-
berata, nihil eſt quod te moueat. Primum, tuis ita
promiſſum eſt, te fakturam eſſe, vt quifque eſſet
meritus. Eſt autem in officio adhuc Orpheus: præ-
terea magnoperè nemo. Cæterorum ſeruorum ea
cauſa eſt, vt, ſi res à nobis abefſet, liberti noſtri eſ-

sent, si obtinere potuissent: sin ad nos pertinerent,
seruirent, præterquam oppidò pauci. Sed hæc mi-
nora sunt.

¶ Tu, Quant à toy
Nescio quid egeris, ie ne say que tu as fait:
[Nempe] vtrum aliquid teneas) i. adhuc retineas, assuoir, si
tu as encore quelque chose, sub. ex nostris bonis, de nos
biens,

An, ou si
(Quod metuo, laquelle chose ie crains)
Planè) i. omnino, totalement
Sis spoliata) i. priuata rebus omnibus, tu es despouillée de
toutes choses.

¶ Spero, l'espere,
Vt scribis, comme tu m'escris,
Pisonem fore semper nostrum) i. nobis sautorem, & adiu-
torem, que Piso sera touſtours des noſtres.

¶ De familia liberata) i. quod scribis de seruis à me
manumisisti, Touchant ce que tu m'escris des seruiteurs que
i' ay affranchis,
Nihil est quod te moueat) i. mouere debeat, il n'y a rien qui
te doive ſoucier ou faſcher.

¶ Primùm [enim,] Car pour le premier,
Promissum est) sub. à me, i. ego promisi, i' ay promis
Tuis) seruis tēz, aux tiens
Te facturam effe) sub. illis, que tu leurs ferois
Ita vt quisque [eorum,] selon que chacun d'eux
Meritus effet) sub. de te, auroit merité & deferny envers toy.

¶ Orpheus autem est adhuc in officio, Or encore de
present Orpheus fait bien ſon devoir,
[Sed] præterea) i. præter eum, mis outre lui
Magnopère nemo) sub. est in officio, il ny en a pas un qui
le face beaucoup.

¶ Cæterorum seruorum ea cauſa est, Quant aux au-
tres seruiteurs, leur cas est tel,
Vt fi res à nobis abeffet, que ſi nous perdions tout,

[illi]

E P I S T O L A E

31

[Illi] essent liberti nostri, ils seroyent nos affranchis,
Si potuissent obtinere) sub. id à Clodio, pourueu qu'ils en-
fent peu obtenir cela de Clodius, pourueu que Clodius leur eust
permis cela:

Sin [illi] ad nos pertinerent) i. si verò manerent in nostra
potestate, mais s'ils demeuroyent en nostre puissance,

[Tum] seruirent, alors ils seroyent en nostre subiection, sub. vt
antea, comme parauant,

Præterquam oppidò pauci) i. præter paucissimos, excepté
quelque petit nombre.

¶ Sed hæc minoræ sunt) sub. quam vt à me scribi de-
beant, Mais ces choses-la ne valent pas que ie te les escrive.

VIII.

Tu quòd me hortaris , vt animo sim magno , &
spem habeam recuperandæ salutis : id velim sit e-
iusmodi , vt rectè sperare possimus. Nunc miser
quando tuas iam literas accipiam ? quis ad me pér-
feret ? quas ego exspectarem Brundusii, si esset lici-
tum per nautas , qui tempestatem prætermittere
noluerunt.

¶ Quòd tu hortaris me, Qu'gt à ce que tu me sollicites
Vt animo sim magno) i. forti, que l'aye bon courage,
Et vt spem habeam, & que l'aye esperance
Recuperandæ salutis, d'estre deliuré, & remis en mon estat:
Id velim sit eiusmodi, je desire que la chose soit telle,
Vt possimus sperare, que nous puissions esperer
Rectè) i. sine aliqua frustratione, sans aucun abus, sans estre
abusez de nostre esperance.

Nunc miser, Mais helas,
Quando tuas iam literas accipiam? quand sera ce que l'an-
ray plus lettres de toy?
Quis ad me perfert) sub. à te literas? qui est-ce qui m'en ap-
portera?
Quas) i. eas autem, literas tuas sez.
Ego exspectarem, or ie les eusse attendues moy-mesme

Brundusii, à Brindes,
 Si[id] licitum esset [mihi] per nautas, si les nautonniers me
 l'eussent permis,
 Qui noltierunt, lesquels n'ont pas voulu
 Prætermittere, laisser perdre
 Tempestatem) i. idoneum tempus nauigandi, le bon temps
 & opportunité de nauiger.

IX.

Quòd reliquum est, sustenta te, mea Terentia, vt
 potes. Honestissimè viximus, floruimus: non vitium
 nostrum, sed virtus nostra nos affixit. Peccatum est
 nullum, nisi quòd non vnà animam cum ornamen-
 tis amisisimus. Sed si hoc fuit liberis nostris gratius,
 nos viuere: cætera, quanquam ferenda non sunt,
 feramus. Atque ego, qui te confirmo, ipse me non
 possum.

¶ Quòd reliquum est, Quant au reste,
 Mea Terentia, Terence ma treschère femme,
 Sustenta te, entretien-toy,
 Vt potes, au moins mal que tu pourras.

¶ Viximus, Nous auons vescu
 Honestissimè, en gros honneur,
 Floruimus, nous auons esté en grand bruit:
 Non vitium nostrum affixit nos, nostre meschanceté ne nous
 a pas mis au bas, ne nous a pas ruinez,
 Sed virtus nostra, mais nostre vertu, sub. nos affixit, nous a
 mis du tout à bas.

¶ Peccatum[nostrum] est nullum, Il n'y a point de no-
 stre faute, sub. in hac re, en cecy,
 Nisi quòd non amisisimus animam) i. vitam, sinon que nous
 n'y auons pas laissé la vie

Vna cum ornamenti s) i. cum dignitate nostra, avec les or-
 nemens: c'est à dire, nostre dignité, nostre honneur, & nos biës.

¶ Sed si hoc fuit gratius, Mais puis qu'il a esté plus a-
 greeable

Liberis

Liberis nostris, à nos enfans,
Nos viuere, que ie demourasse en vie:
Feramus cætera, endurons les autres choses,
Quanquam[ea]non sunt[nobis]ferenda, combien que nous
ne les deussons pas endurer: c'est à dire, combien que les cho-
ses soyent trop indignes, que nous les portions.

¶ Atque ego i. ego autem, Mais moy,
Qui te confimo, qui te conferme, i. qui te hortor ad con-
stantiam, qui i' enborte à estre ferme & constante,
Ipse me non possum) sub. confirmare, moy-mesme ne puis
pas me confermer.

X.

Claudium Phileterum, quod valetudine oculo-
rum impeditur, hominem fidelem, remisi. Sallu-
stius officio vincet omneis spes. Cennius est perbe-
neuolus nobis: quem semper spero tui fore obser-
uantem. Sicca dixerat se mecum fore: sed Brundusio
discessit.

¶ Ego remisi) sub. istuc, l'ay renouyé par dela
Clodium Phileterum, Clodius Phileterus,
Hominem fideli, homme loyal, & feable:
Quod[is]impeditur, pour ce qu'il estoit empesché, & de-
tenu,

Valetudine oculorum, du mal des yeux.

¶ Sallustius vincet officio) sub. erga nos
Omneis spes) i. omnem spem, quam de eo habemus, Sallu-
stie passera toute nostre efferance: c'est à dire, il fait mieux sou-
devoir envers nous, que ne pourrions efferer.

¶ Cennius est perbeneuolus nobis:) i. mihi, Cennius
m'est de fort bon vouloir:
Quem semper spero fore obseruantem tui) i. qui, ut spero,
semper te obseruabit, lequel, come i' efferer, te portera tou-
jours honneur, & reverence.

¶ Sicca dixerat i. mihi promiserat, Sicca m'auoit
promis.

Se mecum fore) i. futurum esse, qu'il seroit avec moy:

D i.

Sed [ille] Brundusio discessit) sub. à me, mais à Brindes il s'est d'esperty d'avec moy.

X I.

Cura, quoad potes, vt valeas: & sic existimes, vehementius me tua miseria, quam mea, commoueri. Mea Terentia, fidissima atque optima vxor, & mea charissima filiola, & spes reliqua nostra Cicero, valete. Prid. Cal. Maii, Brundusio.

¶ Cura i. da operam, Mets peine,
Quoad potes, autant qu'il l'est possible,
Vt valeas, d'estre saine, & d'en retenir ta santé:
Et [cura vt] sic existimes, & fay que tu ayes ceste opinion, sub:
de me, de moy

Me vehementius commoueri, que ie suis plus fort esmeu &
trouble

Tua miseria, de ta misere & affliction,
Quam mea, que de la mienne.

¶ Mea Terentia, Terence ma bien-aimée
Vxor fidissima, atque optima, ma femme tresfable, & de
tresbonne nature,
Et mea charissima filiola, & toy ma douce fille, que j'aime
tant,
Et Cicero, spes nostra reliqua, & toy mon fils Cicero, le reste
de nostre esperance,
Valete, A Dieu soyez.

¶ Brundusio, De Brindes,
Pridie Calendas Maias i. vltimo Aprilis die, le dernier iour
d'Avril.

Epistola V.

M. C. TERENTIAE, ET TULLIOLAE,
SVIS S. P. D.

Si tu, & Tullia, lux nostra, valetis, ego, & suauissimus Cicero valemus. Prid. Id. Oct. Athénas venuimus: cum sanè aduersis ventis vni essemus: tardé, que, & incommodè nauigassemus. De naui exequuntibus

tibus nobis Acastus cum literis præsto fuit, vno & vigesimo die, sanè strenue.

¶ Si tu, & Tullia, lux nostra, valetis, si vous vous portez bien, toy & Tullia, nostre lumiere, & nostre vie,
Ego & suauissimus Cicero valemus, nous nous portons bien
aussi, moy & Cicero, nostre fils tresamable.

Pridie Idus Octobres) i. die Octobris quartodecimo, le quatorzieme d'Octobre
Athénas vénimus, nous arrivâmes en la ville
d'Athènes:

Cum vni esseimus ventis sane aduersis, apres que nous avions
eu les rents fort contraires:

Et [cum] tardè nauigassimus, & qu'avions nauigé tardisement,
Et incômodè, & mal à point : c'est à dire, avec grande fafcherie, & difficulté,

¶ Acastus cum literis presto fuit nobis, Acastus avec
lettres se trouua vers nous
Exeuntibus de nauï, comme nous sortions de la nauire,
Vno & vigesimo die) i. die vigesimoprimo, le vingt & vni
nième iour, postquam scz. Roma profectus erat, assanoir,
depuis qu'il estoit parti de Rome,
Sanè strenue, ayant fait tresbonne diligence.

I I.

Accepi tuas literas: quibus intellexi, te vereri ne
superiores mihi redditæ non essent. Omnes sunt
reddita: diligentissimeque à te perscripta sunt o-
mnia: idque mihi gratissimum fuit. Neque sum
admiratus, hanc epistolam, quam Acastus attulit,
breuem fuisse. Nam enim meipsum expectas, siue
nosipso: qui quidem quamprimum ad vos venire
cūpimus et si, in quam Remp. venimus, intelligo.

¶ Accepi tuas literas, l'ay recen tes lettres:

D ii.

Quibus, par lesquelles
Intellexi, i' ay entoudu
Te vereri, que tu craignois
Ne superiores [literæ tuæ]
Non essent mihi redditæ, qu'on ne m'eust pas baillé celles de
deuant.

¶ [Omneis]superiores tuæ literæ scz.
Redditæ sunt [mihi,] Elles m'ont toutes esté baillées:
Omniaque à te perfcripta sunt sub. mihi, & m'as escript au
long de toutes choses
Diligentissimè) i. cum summa diligentia, avec singuliere di
ligence:

Idque, & cela
Fuit mihi gratissimum, m'a esté fort agreeable, m'a fait tres
grand plaisir.

¶ Neque admiratus sum, Et ne mesuis point esmerueille
Hac epistolam fuisse breuem, que ceste lettre a esté courte,
Quam Acastus attulit [mihi à te,] laquelle Acastus m'a ap
portée de toy.

Iam enim, Car desir
Meipsum expectas, tu m'attens moy-mesme,
Sive) i. vel potius, or pour mieux dire
Nos plos, entre nous tous,
Qui quidem cupimus, voire qui auons grand desir
Venire ad vos, d'aller à vous
Quam primum, tout incontruent;
Et si intelligo, & neantmoins i' entens bien
In quam Rempublicam venimus i. nos ire in Rempubli
cam maximè turbatam, que nous allons en la seigneurie
fort troublee, & qui est en tresmauauis ordre.

III.

Cognoui enim ex multorum amicorum literis,
quas attulit Acastus, ad arma rem spectare: vt mihi,
cum venero, dissimulare non liceat quid sentiam.
Sed quando subeunda fortuna est, eò citius da
bimus operam vt veniamus: quò facilius de to
ta re

ta re deliberemus.

¶ Cognoui enim, *Car i'ay cognu*
Ex literis, par les lettres
 Multorum amicorum [nostrorum] de plusieurs de nos amis,
 Quas Acast⁹ attulit [mihi,] l esquelles Acastus m'a apportées,
 Rem spectare ad arma, que la chose tend à guerre:
Vt, tellement que

Cùm venero, quand ie seray arriué,
 Non liceat mihi dissimulare, ie ne me pourray pas tenir
de dire

Quid) i. id quod
 Sentiam) sub. de tali Republica, ce qu'il n'te semblera d'un
tel estat.

¶ Sed quando) i. sed quoniam, Mais puis que
 Fortuna subeunda est [nobis,] il faut nous mettre à l'aduen-
ture: c'est à dire, puis qu'il en faut passer par là,

Fò)i. ideo. source
 Dabimus operam vt veniamus. nous tascherons d'aller
 Citius, plus tost:

Quò facilius, *afin que plus facilement*
 Deliberemus) i. deliberare possumus, nous puissions delibe-
rer, & prendre conseil

De tota re) i. de toto Reipublicæ negotio, de tout l'affaire
de la seigneurie.

III.

Tu velim, quod commodo valetudinis tuæ fiat,
 quam longissimè poteris, óbuiam nobis prodeas.
 De hæreditate Prætiana, quæ quidem mihi magno
 dolori est (valde enim illum amauit) hoc velim cu-
 res: si auctio ante m'um aduentum fiet, vt Pompo-
 nius, aut, si is minus poterit, Camillus, nostrum
 negotium curet. Nos, cum venerimus, reliqua per
 nos agemus.

¶ Velim[vt]tu prodeas nobis óbuiam, *I e te prie que*
D iii.

*tu viennes au devant de nous
Quām longissimē poteris, le plus loin que tu pourras:
Quod cōmōdo valetudinis tuae fiat, pourvu que cela se
face à ton aise, & sans grever ta santé.*

*¶ De hæreditate Prætiana , Touchant la succession de
Pretius,*

*Quæ est mihi magno dolori, laquelle me fait grand douleur,
(Valde enim amavi illum) Prætium scz. car i'ay fort aimé
l'homme)*

*Si auctio[eius rei] fiet, s'il aduient qu'on en face la criée
Ante meum aduentum, devant ma venue, devant que ie sois
arriué à Rome,*

Hoc velim cures, ie te prie que tu faces

*Vt Pomponius curet nostrum negotium, que Pomponius y
soit pour nostre affaire,*

Aut Camillus[id curet] ou que Camillus le face,

Si minus is) Pomponius scz.

Poterit[id facere,] si ledit Pomponius ne le peut faire.

*Cūm venerimus i.aduenerimus sub istuc, Quand
nous serons arriuex par de là,*

*Nos agemus per nos)i. agam per meipsum, ie feray de moy
meisme*

*Réliqua)i. quod agendum restabit, ce qui restera à faire tou-
chant ce point-là.*

V.

*Sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, vt
hoc ita fiat. Nos, si Dii adiuabunt, circiter Id. Nou.
in Italia speramus fore. Vos, mea suauissima, & o-
ptatissima Terentia, & Tulliola, si nos amatis, cura-
te vt valeatis. Athenis, ad xv. Cal. Nou.*

*¶ Sin tu iam profecta eris, Mais s'il aduient que tu sois
desja partie
Roma, de Rome, cūm scz. has literas accipies, quand tu re-
cevras ces présentes,
Tamen, nonobstant cela*

Curabis

Curabis) i. cura, donne ordre

Vt hoc fiat, que celase face

Ita) i. quemadmodum suprà scripti, ainsi que ie l'ay escript ay
deffis.

Nos, Quant à nous

Speramus fore) i. futuros esse, nous esperons d'estre

In Italia, en Italie

Circiter Idus Nouébres, enuiron le trezieme de Nouembre;

Si Dii adiuuabunt) i. si Deo placuerit nos adiuuare, s'il plaist
à Dieu de nous aider.

Vos, mea suauissima, & optatissima Teréntia, &

Tulliola, Vous, mes tresdouces, & tresdesirées,

Curate vt valeatis, metter peine d'entretenir vostre santé,

Si nos amatis, si vous desirez, nous faire plaisir.

Athénis, D' Athenes,

Ad quintumdecimum Calendas Nouembres) i. octauo-
decimo die Octobris, le dixhuitième iour d'Octobre.

Epistola VI. prælectio I.

M. C. T E R E N T I A E S V A E S. P. D.

Nec sæpe est, cui literas demus: nec rem habe-
mus vilam, quam scribere velimus. Ex tuis li-
teris, quas proximè accepi, cognoui prædium nul-
lum venire potuisse. Quare videoas velim, quomodo
satisfiat ei, cui scis me satisfieri velle.

Nec sæpe est) sub nobis quisquam, Nous n'aons
pas souuent aucun

Cui demus) i. dare possumus, à qui nous puissions bailler.

Literas, des lettres, sub. ad te ferendas, pour te porter;

Nec habemus, & si n'aons

Rem ullam) i. aliquam, aucune chose

Quam scribere velimus, que nous voulions escrire.

Cognoui) i. intellexi, I'ay entendu

Ex tuis literis, par tes lettres,

Quas, les quelles

Accepi, j'ay receues

Proxime, dernierement,

D ijne

Nullum prædium [nostrum] potuisse venire) i. vendi, sub,
à te, que tu n'as peu vendre aucune de nos possessions.

¶ Quare, Pour quoy

Velim, je veus

[Vt] videoas, que tu regardes, & donnes ordre

Quomodo, comment

Satisfiat) i. satisfieri possit, on puisse satisfaire & payer

Ei, à celuy

Cui scis me velle satisfieri) i. cui (vt scis) volo ut satisfiat,
anquel (comme tu suis) ie veus qu'on paye.

II.

Quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror
te mereri, vt ea tibi merito tuo gratias agere pos-
sit. Pöllicem, si idhuc non est profectus, quam-
primum fac extrudas. Cura vt valeas. Idib. Quint.
Vale.

¶ Quod nostra, Touchant ce que nostre bien-aimée;
De qua scz.ad me scribis, assauoir de qui tu m'escris,
Tibi gratias agit, te remercie,
Ego non miror, je ne suis pas esbably
Te id mereri, de ce que tu merites
Vt ea possit, qu'elle puisse
Agere tibi gratias, te remercier
Tuo merito, à cause de ton merite: c'est à dire, selon que tu as
merité envers elle.

¶ Fac [vt] extrudas [domo] Fay que tu chasses de la
maison

Quamprimum, bien vistement
Pöllicem [seruum nostrum] nostre vallet Pollex, sub.ad me
venturum, pour venir à moy:
Si [is] non profectus est, adhuc, s'il n'est point encore party,
sub.Roma, de Romme.

¶ Cura vt valeas, Pense de ta santé.

[Data] Idibus Quintilis) i. quintodecimo die Iulii, Don-
nées le quinzième de Juillet.

¶ Vale, A Dieu.

Epistola



EPISTOLÆ.

42

Epistola VII.

M. C. TERENTIAE SVÆ S. P. D.

Omnes molestias, & solicitudines, quibus & te
miserrimam habui (id quod mihi molestissimum
est) Tulliolamque, quæ nobis nostra vita dulcior
est, deposui, & eieci. Quid causæ autem fuerit, po-
stridie intellexi, quam à vobis discessi. *χαλών ἀκρατον*
noctu eieci.

¶[Ego] deposui, I'ay laisse
Et eieci, & mis déhors
Omnes molestias [meas,] toutes mes fascheries,
Et solicitudines, & soucis,
Quibus habui i. vexau, dequelz i'ay vexé
Te miserrimam, toy pour femme, & qui as tant de misères:
(Id quod est mihi molestissimum, ce qui m'est fort grief,)
Tulliolamque, & aussi nostre fille Tulliola,
Quæ est nobis dulcior i. iucundior, laquelle nous est plus de-
lectable.

Nostra vita, que nostre propre vie.

¶Intellexi autem, or l'entendy
Postridie, le lendemain
Quam discessi, apres que iefu departy
A vobis, d'aucz vous,
Quid causæ fuerit i. quæ fuerit eius rei causa, qui a esté.
cause de cela : hoc est, quamobrem mihi contigerit, vt o-
mnes molestias & solicitudines deposuerim : c'est à di-
re, pourquoi il m'est advenu, que i'ay laisse toutes mes fasche-
ries & soucis.

¶Noctu [enim] eieci i. euomui, Car de nuict i'ay ve-
my *χαλών ἀκρατον* i. bilem meram, la colere toute pure.

II.

Statim ita sum leuatus, vt mihi Deus aliquis me-
dicinam fecisse videatur. Cui quidé tu Deo, quem-
admodum soles, piè, & castè satisfacias. Nauim spe-
ro nos valde bonam habere, in eam simul atque

conscendi, hæc scripsi. Déinde conscríbam ad nos
nostros familiares multas epistolas: quibus te, & Tul-
liam nostram diligentissimè commendabo.

¶ Statim, Incontinent apres
Lenatus sum, ie fu allegé
Ita, de telle sorte,
Vt Deus aliquis, que quelque Dieu
Videatur sembla
Fecisse mihi medicinam, m'auoir donné remede, & m'auoir
gairy.

¶ Cui Deo, A quel Dieu
Tu [quælo] satisfacias i. sacrum facias, ie te prie que tu sa-
crifies
Piè, deuotement,
Et castè, & en saincteté:
Quemadmodum soles) sub. facere, comme tu as accustomed
de faire.

¶ Spero) i. credo, Je croÿ
Nos habere, que nous auons
Nauim, me nauire
Valde bonam) i. optimam, fort bonne:
[Ego] scripsi hæc) i. has literas, l'ay escrit ces lettres
Simul-àtque) i. cum primum, incontinent que
Conscendi, i' ay esté monté
In eam) nauim scz. en icelle.

¶ Déinde, Puis apres, ou, d'icy en ayant
Conscríbam, l'escriray
Ad nostros familiares) i. amicos, à nos amis
Multas epistolas, plusieurs lettres:
Quibus, par lesquelles
Commendabo, ie recommanderay
Diligentissimè, avec toute diligence
Te, & nostram Tulliolam, toy, & nostre fille Tulliola.

III.

Cohortarer vos, quò animo fortiore essetis: nisi
vos fortiores cognoscerem, quam quæquam virum.

Et

Et tamē eiusmodi spero negotia esse, vt & vos isthic
commodissimē sperem esse: & me aliquid cum
similibus nostri, Remp. defensurum.

¶ Cohortarer vos, Je vous enhorterois ensemble,
Quod i. vt, aſin que
Effectis animo fortiore, vous eufiez meilleur courage, & plus
vertueux:

Nisi cognoscerem, ſi ie ne cognoijſois.
Vos[elle,] que vous eſtſes
Fortiores plus vertueux
Quām quemquam virum) ſub.cognoscam, que ie ne cognoy
homme du monde.

¶ Et tamen, Et neantmoins
Spero i. credo, je croy
Negotia eſſe, que les affaires ſont
Eiuſmodi i. talia, de telle ſorte;
Vt ſperem que i' eſpere
Vos eſſe, que vous eſtſes
Iſthic, par de-là, (Romaſcz.)
Commodissimē, fort bien à droit:
Et me defensurum[eſſe,] & que ie defendray
Aliquando, quelque iour qui viendra
Rempublicam[Romanam,] la ſeigneurie de Rome
Cum similibus nostri i. cum optimatibus, & viris bonis,
avec les gens de bien mes compagnons.

III I.

Tu primū valetudinē tuam velim cures: dein
de, tibi ſi vi debitur, viliſ iis vrate, quæ longiſſimē
áberunt à militibus. Fundo Arpinati bene poteris
vti, cū familia urbana, ſi annonā carior fuerit. Cice-
ro bellissimus tibi ſalutem plurimam dicit. Etiam
atque etiam vale. Datum v i i. Id. Iun.

¶ Primū velim, Je veux pour le premier
[Vt] tu cures valetudinem tuam, que tu penſes de ta ſanté:
Deinde, en apres,

Si tibi videbitur, s'il te semble bon, sub. etiam velim, ie veux
aussi

[Vt tu]vtare) pro, vtaris, que tu te serues
Ils villis [nostris,] des mesturies noſtres

Quæ, lesquelles

Aberunt longissimè seront les plus loin
A militibus, des gendarmes.

¶ Si annonā fuerit carior, s'il aduient que les riures
soyent trop chers,
Poteris, tu pourras,
Cum familia urbana, avec le train qui nous fert en la ville,
Vt i bene)i. commode, te servir bien à point
Fundo[nostro,] de noſtre poſſeſſion
Arpinati, qui est en Arpin.

¶ Cicero[filius noſter,] Noſtre fils Cicero.
Bellissimus, tout honnête, courtois & gentil,
Tibi ſalutem plurimam dicit, ſe recommaude affectueuſement
atoy.

¶ Etiam atque etiam vale, A Dieu te comande de
tresbon cœur.

¶ Datum septimo Idus Iunias) i. septimo die Iunij,
Donné le ſepième de Iuin.

Epifola VIII.

M. C. TERENTIAE SVÆ S. P. D.

Si vales, bene eſt: ego quidem valeo. Valetudinem
tuam velim cures diligentissimè. Nam mihi &
ſcriptum, & nuntiatum eſt, te in febrim ſubitò in-
cidiffe.

¶ Si vales, ſi tu es ſaine,
Bene eſt) ſub. res, la chose va bien:
Ego quidem valeo, quant à moy, ie ſuis ſain.

¶ Velim [vt] cures valetudinem tuam, Je te prie que
tu penses de ta ſanté.
Diligentissimè, avec toute diligence.

¶ Nam mihi ſcriptum eſt, Caron m'a eſcrit

Et

Et nuntiatum, & dit de bouche
Te incidisse, que tu estois tombee
Subito, soudainement
In febrim, en vne fievre.

I I.

Quòd celeriter me fecisti de Cæsaris literis certiore*m*: fecisti mihi gratum. Item posthac siquid opus erit, siquid acciderit noui, facies ut sciam. Cura vt valeas. Vale. Datum 1111. Non. Iun.

¶ Fecisti mihi gratum, Tu m' as fait plaisir,
Quòd me fecisti certiorem, de m' auoir fait saoir
Celeriter, hastiuement
De literis Cæsaris, des lettres de Cesar.

¶ Item, Pareillement
Posthac, d'icy en avant
Siquid opus erit) i. siqua de re opus fuerit, sub. me facere
certiorem, s'il est besoin de m' aduertir de quelque chose,
Siquid acciderit noui, & s'il est aduenu quelque chose de nouveau,
Facies ut sciam, tu me le feras saoir.
¶ Cura vt valeas, Pense de ta santé.
¶ Vale, A Dieu.
¶ Datum quarto Nonas Iunias) i. secundo die Iunij,
Donné le second iour de Iuin.

Epistola IX.

M. C. T E R E N T I A E S V A E S. P. D.

A D cæteras meas miserias, accessit dolor è Dolabellæ valetudine, & Tulliæ. Omnino de omnibus rebus nec quid consilii capiam, nec quid faciam, scio. Tu velim tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

¶ Ad cæteras meas miserias, Outre mes autres misères
& afflictions
Dolor, l' douleur & deffaisance

E valetudine, pour la maladie
Dolabellæ[generis nostri,] de noſtre gendre Dolabellæ
Et Tullia, & de noſtre fille Tullia
Accessit[mihi,] m'eft venue d'avantage.

¶ Omnino, Sonme toute,
Nescio, ie ne ſay
Quid confilii i. quod confilium, quel conseil
Capiam i. capere debeam, ie doyse prendre
De omnibus rebus [meis,] de tous mes affaires,
Nec quid faciam i. facere poſſim, ne que ie puiffe faire.
¶ Velim[ut] tu cures tuam, & Tullia valetudinem,
Je te prie que tu penſes de ta ſanté, & de celle de Tullia.
¶ Vale, A Dieu.

Epistola X.

M. T. C. TERENTIAE SVÆ S. P. D.

¶ Vid fieri placeret, scripsi ad Póponium, ſeruit
quàm oportuit. Cum eo fi locuta eris, intelli-
ges quid fieri velim. Apertius scribi, quando ad il-
lum ſcriperam, neceſſe non fuit. De ea re, & de ca-
teris rebus quamprimum velim nobis literas mit-
tas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. v i i.
Id. Quintil.

¶ Scripsi ad Pomponium, I'ay écrit à Pomponius
Serius quàm oportuit, plus tard qu'il ne falloit,
Quid placeret) sub. mihi, i. quid vellem
Fieri [a te,] ce que ie voulois que tu ſiffes, sub. ifthic. par de-là.
¶ Si locuta eris) i. poſtquam locuta fueris, Quand tu
auras parlé
Cum eo) Pomponio ſcz. avec luy,
Intelliges, tu entendras
Quid fieri velim, ce que ie veux qu'on face.
¶ Non fuit neceſſe, Il n'a point eſté de beſoin
[Eam rem] ſcribi [à me tibi,] que ie l'eſcriue de cele
Apertius, plus ouvertement:

Quando)

Quando si quoniam, *puis que*
Scriperam ad illum, *je lux en auoye escrit.*

¶ Velim [vt] nobis literas mittas, *Je veux que tu m'en-*
uoyes lettres, je veux que tu m'escriues

Quamprimum, tout incontinent
De ea re, & de cæteris rebus, *touchant cela, & les autres*
choſes, quæ ſcilicet ad nos pertinebunt, qui nous attein-
cheront.

¶ Valetudinem tuam cura, *Pense de ta santé*
Diligenter, *ſignefiement.*

¶ Vale, *A Dieu.*

¶ [Dataz] septimo Idus Quintiles) i. nono die Iulij,
Donnes le neuſieme de Juillet.

Epiftola XI.

M. T. C. TERENTIAE SVÆ S. P. D.

Si vales, bene eſt: ego valeo. Tullia noſtra venit ad
me prid. Id. Iun. cuius ſumma virtute, & ſinguli-
lari humanitate, grauiore etiam ſum dolore affe-
ctus, noſtra factum eſſe negligentia, vt longè alia in
fortuna eſſet, atque eius pietas, ac dignitas poſtu-
labat.

¶ Si vales, Si tu es ſaine
Bene eſt) ſub. res, la chose va bien:
Ego valeo, quant à moy, je ſuis ſain.

¶ Tullia noſtra, noſtre fille Tullia
Venit ad me, vint à moy
Pridie Idus Iunias) i. duodecimo die Iunij, le doux ieme iour
de Iuin:

Cuius ſumma virtute, & ſingulari humanitate) i. ob cuius
ſumma virtutem, & ſingularē humanitatē, & à
cause de ſa tres grand' vertu & ſinguliere humanité,
Affectus ſum dolore, i' ay eſté touché de douleur
Etiam grauiore) i. maiore & acerbiore, voire encore plus
grieue, ſub. quām eram antea, que ie n'eſtos parauant:

[Nempe] factum esse) i. cecidisse, c'est assavoir, qu'il est ad-
uenu

Nostra negligentia, par nostre nonchalance

Vt [ipsa] effet, qu'elle fust

In fortuna longé alia) i. multò miseriore, en estat beaucoup
plus miserable,

Atque) i. quam

Eius pietas postulabat, que ne requeroit sa bonté enuers nous,
Ac dignitas, & son honneur.

I I.

Nobis erat in animo, Ciceronem ad Cæsarem
mittere, & cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit,
faciat certiorem. Valetudinem tuam cura dili-
genter. Vale. xvii. Cal. Quint.

Nobis erat in animo, Nous estoions en deliberation
Mittere Ciceronem [filium nostrum,] d'envoyer notre fils
Cicero

Ad Cæsarem, à Cesar,
Et Cneum Sallustium) sub.mittere, & d'envoyer aussi Gnee
Salluste

Cum eo, avec lui.

Si profectus erit, S'il aduient qu'il parte pour y aller,
Faciam te certiore, je te le feray sauoir.

Valetudinem tuam cura, Pense de ta santé
Diligenter, soigneusement

Vale, A Dieu.

[Datum] septimodecimo Calendas Quintiles) i.
quintodecimo die lunij, Donné le quinzième iour de Iuin.

Epistola X I I.

M. T. C. TERENTIÆ SVÆ S. P. D.

Quod nos in Italianam saluos venisse gaudes, per-
petuò gaudeas velim. Sed perturbati dolore a-
nimis, magnisque iniuriis, metuo ne id consiliicep-
erimus, quod non facile explicare possimus.

Quod gaudes) i. quod scribis te gaudere, Quant à ce
que

que tu m'escris, que tu es ioyeuse
 Nos venisse*i*.aduenisse, de ce que nous sommes arrivuez.
 Saluos, à sauueté
 In Italiā, en Italie,
 Velim [ve] gaudeas*i*.vtinam gaudeas, Dieu vveille que tu
 t'en refouissēs
 Perpetuō*i*.temper, touſours, continuallement.

Sed metuo, Mais ie crains
 Ne[nos] perturbati, que nous eſtans fort troublez.
 Dolore animi, de deſſplaisance
 Magnis que iniuriis, & de grandes iniures, ſub. quæ nobis
 factæ funt, qu'on nous a faites,
 Cepérimus id confili*i*.ciuſmodi confilium, ayons fait vne
 entreprinſe,
 Quod non poſſimus, laquelle nous ne puifſions
 Explicare, executer & mettre en effet: c'eſt à dire, de laquelle
 nous ne puifſions venir à bout
 Facile, à noſtre aife.

I I.

Quare, quantum potes, adiuua:quid autem poſſis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des
 hoc tempore, nihil eſt: lögum eſt iter, & non tutum:
 & non video quid prodeſſe poſſis, ſi veneris. Vale.
 Datum prid. Non. Nouemb. Brundufio.

Quare, Et pourtant
 Adiuua*i*.ſub.nos in ea re, aide nous en cela
 Quantum potes*i*.quoad poteris, tant que tu pourras:
 Mihi autem non venit in mentem, toutesfois ie ne m'adui-
 ſe pas
 Quid*i*.in quo, en quoy
 Poſſis*i*.ſub.nos adiuuare, tu nous puifſes aider.
 Nihil eſt*i*.nulla eſt cauſa, Il n'y a point de cauſe
 Quod te des in viam, pourquoy tu te doyues mettre en chemin
 Hoc tempore, pour le présent:
 Iter[enim,] car le chemin
 Eſt longum, eſt long,

E. j.

Et non tutum) sub.est, & n'est pas seur.
 Et non video, & si ne voy point
 Quid possis, en quoy tu puisses
 Prodesse[nobis,] nous proufiter,
 Si veneris, si tu viens.

¶ Vale, A Dieu.

¶ Datum Brundusio, Donné de Brindes,
 Pridie Nonas Nouembres) i. quarto die Nouembris, le
 quatrième de Nouembre.

Epistola X I I I.

M. T. C. T E R E N T I A E S V A E S. P. D.

QUOD scripsi ad te proximis literis, de nuntio remittendo, quæ sit istius vis hoc tempore, & quæ concitatio multitudinis, ignoro. Si metuendus iratus est, quies tamen ab illo fortasse nascetur. Totum iudicabis, quale sit : & quod in miserrimis rebus minimè miserum putabis, id facies. Vale. vi. Id. Quintil.

¶ Quod scripsi ad te, Quant à ce que ie t'ay écrit
 Proximis literis [meis,] par mes dernieres lettres
 De nuntio remittendo) sub. ad me, de me renouyer le mes-
 sager,

Ignoro, ie ne say

Quæ sit vis)i. violentia, quelle est la violence.

Istius, de cestuy-la(i. Cæsar)is)

Hoc tempore, au temps que nous voyons maintenant,

Et quæ concitatio)i. & quis motus

Multitudinis) i. turbæ confusæ, sub. sit in eum, & quelle e-
 motion du populaire il y a contre luy.

¶ Si i. quanuis

[Ille] metuendus est iratus) i. in ira & furore, Et combien
 qu'il soit à craindre en la fureur,

Tamen, toutesfois

Quies)i. pax & tranquillitas Reipublicæ, la paix & tran-
 quillité de la seigneurie

Fortasse

Fortasse, par auenture

Nascetur ab illo) Cœsare scz. viendra de luy: c'est à dire, il en sera cause.

¶ Totum judicabis, Tu considereras le tout
Quale sit, quel il est: c'est à dire, comment il va de tout cela:
Et facies, & feras
Id quod pucabis[effe,] ce que tu penseras estre
Minimè miserum, le moins miserable
In rebus miserrimis, en choses du tout miserables: c'est dire, en
ce choses du tout desesperees, & en ce malheur extreme, tu
feras au moins mal que tu pourras.

¶ Vale, A Dieu.

¶ [Datum] sexto Idus Quintiles) i. decimo die Iulij,
Donné le dixieme iour de Iuillet.

Epistola X IIII.

TVLLIUS TERENTIÆ, ET PATER TVL
LIOLÆ, DVABVS ANIMIS SVIS: ET
CICERO MATRI OPTIMÆ, SVAVIS
SIMÆ SORORI S. P. D.

SI vos valetis, nos valemus. Vestrum iam cōsilium
est, non solūm meum, quid sit vobis faciendum.
Si ille Romam modeſtē venturus est, rectē in præ-
ſentia domi eſſe potestis: ſin homo amens diripiendam
vr̄bem daturus est, vereor ut Dolabella ipſe fa-
tis vobis prodeſſe poſſit.

¶ Tullius ſalutem plurimam dicit, Tulle ſe recommande affectueuſement
Terentiæ[vxori ſuæ,] à ſa femme Terence,
Et pater) hoc eſt, idem Tullius
[Salutem dicit] Tulliolæ[filiæ ſuæ,] & auſi à ſa fille Tulliola,
Duabus animis ſuis, lesquelles luy ſont comme deux ames: c'eſt
à dire, qu'il aime autant que ſa propre vie:
Et Cicero[filius ſalutem dicit,] & le petit Cicero ſe recom-
mande pareillement

E. ij.

¶ M. T. CICERONIS

Matri optimæ) Terentiæ scz. à sa tresbonne mere,
[Et] sorori[Tulliolæ,] & à sa sœur Tullula
Sauuisimæ, trèsamiable.

¶ Si vos valetis, Si vous autres vous portez bien,
Nos[quoque]valemus, nous nous portons bien aussi.

¶ Veilrum iam consilium est, non solùm meum, It
est maintenant en vous, & non seulement en moi, de consul-
ter & délibérer

Quid sit vobis faciendum, que vous deuez faire.

¶ Si ille [quem scitis,] Si celuy que vous sauvez. (Cæ-
sar scz.)

Venturus est Romam, à délibéré de venir à Rome
Modestè, paisiblement: i. sine impetu aut violentia: c'est à di-
re, sans faire effort ou violence,

Potestis esse, vous pouuez estre

In præsentia) i. tunc, alors

Recte) i. tuto, sûrement

Domi[nstræ], à nôstre maison:

Sin homo amens) i. si verò ille, velut homo correptus a-
mentia, & furore, mais si luy, comme un homme furieux &
hors du sens

Daturus est vrbe diripiendam, à délibéré de bailler la ville
en pillage, sub. militibus suis, à ses soudars,

Vereor, ie crains

¶ Ut ipse Dolabella[gener noster]

Satis vobis prodeste possit, que mesme Dolabella ne vous
puisse point assez aider: c'est à dire, qu'il ne vous puisse sauver
de la violence des gens d'armes.

I I.

Etiam illud metuo, ne iam intercludamini, vt,
cūm velitis, exire nō liceat. Reliquum est, quod ipsæ
optimè cōsiderabis, vestri similes foeminæ sintne
Romæ. Si enim non sunt, videndum est vt honestè
vos esse possitis.

¶ Etiam illud metuo, ie crains d'avantage

Ne



Ne iam intercludamini, que tantost vous ne soyez encloses & enserres

[Ita] vt non liceat [vobis,] tellement que vous ne puissiez.

Exire [Roma,] sortir de Rome

Cum velitis, quand vous voudrez.

¶ Reliquum est i. restat, sub. videre, il reste de prendre garde

Sintne adhuc Romæ, s'il y a encore à Rome

Fœminæ similes vestri, des femmes de vostre estat:

Quod i. quam rem, laquelle chose

Ipsæ i. vosmetipſæ, vous mesmes, i. sine alieno consilio, & sans conseil d'autrui

Optime considerabitis, vous deuez fort bien considerer.

¶ Si enim non sunt) sub. isthic fœminæ vestri similes,
Car s'il n'y a aucunes femmes de vostre sorte,

Videndum est [vobis,] il vous faut regarder & pourvoir

Vt vos possitis esse, que vous puissiez estre, sub. alicubi, en quelque lieu

Honeste, honestement & sans deshonneur.

I I I.

Quomodo cunque nunc se res habet, modò vt hæc nobis loca tenere liceat, bellissimè vel mecum, vel in nostris prædiis esse poteritis. Etiam illud vendendum est, ne breui tempore fames in vrbe fit.

¶ Quomodo cunque se res habet, Comment qu'il en soit,

Nunc, de present

Poteritis esse, vous pourrez estre

Bellissimè i. optimè & commodissimè, tresbie

Vel mecum, ou avec moy,

Vel in nostris prædiis, ou en nos possessions:

Modò vt i. dummodo

Liceat nobis i. possimus, pourneu que nous puissions

Tenere i. tueri & seruare, maintenir & garder

Hæc loca, ces lieux icy, quibus scz. à Pôpeio præfectus sum,
desquels Pompee m'a donné la charge.

E. iiij.

¶
Etiam, outre plus
Illud verendum est, il est à craindre
Ne faimes sit in vrbe, que la famine ne soit en la ville (id est,
Romæ)
Breui tempore) i. intra breue tempus, dedans peu de temps.

III.

His de rebus velim cum Pomponio, cum Camillo, cum quibus vobis videbitur, cōsideretis: ad summam animo fortis tis. Labienus rem meliorem fecit. Adiuuat etiam Piso, quod ab vrbe discedit, & sceleris condemnat generum suum.

¶ Velim consideretis, ie vous prie que vous pensiez &
aduisez.
His de rebus [omnibus,] de toutes les choses dessi dites
Cum Pomponio, [&] cum Camillo [amicis nostris,] avec
nos amis Pomponius, & Camillus,
[Et] cum quibus vobis videbitur, & avec ceux que bon
vous semblera, sub. id faciendum esse, que cela doynt estre
fait:
Ad summam) i. denique, sub. velim, finablement ie vous
prie
[Vt] animo fortis tis, que vous ayez bon courage & ver-
tueux.

¶
Labienus)i. Titus Labienus, Cæsar's legatus, ritus
Labienus, qui estoit lieutenant de Cesar,
Rem meliorem fecit, a bien amendé nôstre cause.

¶
Etiam Piso[socer Cæsar's,] D'auantage Piso, le beau-
pere de Cesar,
Aduuat) sub. rem ipsam, i. causam nostram, aide bien à no-
stre cas,
Quod ab vrbe discedit, pour ce qu'il laisse la ville, sub. vt fecit
Pompeius, comme a fait Pompee,
Et condemnat generum suum) Cæsarem scz. & condamne
son gendre, assauoir Cesar,
Sceleris, de meschanceté, quia scz. bellum gerit contra pa-
triā, pour ce qu'il fait la guerre contre son pays.

Vos,

V.

Vos, meæ carissimæ animæ, quam sæpiissime ad me scribite, & vos quid agatis, & quid istuc agatur. Quintus pater, & filius, & Rufus vobis salutem dicunt. Valete. viii. Calend. Minturnis.

¶ Vos, meæ carissimæ animæ, Vous, mes tres chères & bien aimées,
Scribite ad me, escriuez moy
Quam sæpiissimè, bien souuent
Et vos quid agatis, & que c'est que vous faites,
Et quid agatur, & ce qu'on fait
Istuc, par de-là. (i. Romæ.)

¶ Quintus pater, & [Quintus] filius, Quintus le pere,
& Quintus le fils: c'est à dire, mon frere Quintus Ciceron, &
son fils,
Et Rufus[amicus noster,] & Rufus nostre amy
Vobis salutem dicunt, se recommandent à vous.
¶ Valete, A Dieu soyez, & demourez en bonne santé.
¶ Minturnis, De Minturnes
Octavo Calendas Februarias) i. quinto & vigesimo die
Ianuarij, le vingt cinquiesme iour de Ianvier.

Epistola X V.

T U L L I U S T E R E N T I A E S V A E S. D.

S I vales, bene est: ego valeo. Constitueramus, ut ad te antea scriperam, obuiam Ciceronem Cæsari mittere: sed mutauimus consilium: quia de illius adventu nihil audiebamus.

¶ Si vales, Si tu es saine,
Bene est, cela va bien:
Ego valeo, quant à moy, je suis sain.
¶ Constitueramus, Nous avions délibéré
Mittere Ciceronem [filium nostrum,] d'envoyer nostre fils
Ciceron
Obuiam Cæsari, au devant de Cesar,

E. iiiij.



Vt ad te scripseram, comme ie t'auois escrit

Antea, par cy deuant:

Sed mutauimus confilium, mais nous auons changé de pro-
pos:

Quia, pource que

Nihil audiebamus nous n'entendions aucune chose
De aduentu illius, de sa venue, (Cæfaris lcz.)

I I.

De cæteris rebus, et si nihil erat noui, tamen quid
velimus, & quid hoc tempore putemus opus esse, ex
Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum
teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale.
xii. Calend. Quintil.

¶ De cæteris rebus, Touchant les autres choses,
Et si nihil erat noui, combien qu'il n'y eust rien de nouveau,
Tamen, toutesfois

Poteris cognoscere, tu pourras cognoistre
Ex Sicca[nostro], par nostre amy Sicca
Quid vel mus, que c'est que nous voulons,
Et quid putemus, & que nous pensons
Opus esse, estre de besoin
Hoc tempore, pour le present.

¶ Adhuc teneo Tulliam, Je retiens encore Tullia.
Mecum, avec moy.

¶ Valetudinem tuam cura, Pense de ta santé
Diligenter, soigneusement.

¶ Vale, A Dieu.

¶ Duodecimo Calendas Quintiles) i. vigesimo die
Junij, le vingtieme iour de Junin.

Epistola XVI.

T U L L I U S T E R E N T I A E S V A S . D .

¶ Si vales, bene est: ego valeo. Et si eiusmodi tempo-
ra nostra sunt, ut nihil habeam, quod aut à te lite-
rarum expectem, aut ipse ad te scribam: tamé nescio
quo-

quomodo & ipse vestras literas expecto, & scribo
ad vos, cum habeo, qui ferat.

¶ Si vales, Si tu es saine,
Bene est, la chose va bien:
Ego valco, quant à moy, ie suis sain.

¶ Etli, Combien que
Tempora nostra) i. huius temporis res nostræ, nos affaires
de maintenant

Sunt eiusmodi, soyent en tel estat,
Ut nihil literarum habeam, que ie ne sache aucune sorte de
lettres

Quod expectem) i. expectare debeam, que ie doive at-
tendre.

A te, de toy,
Aut quod ipse, ou que moy-mesme

Ad te scribam, ie te doive escrirez;

Tamen, toutesfois

Nescio quomodo, je ne say dire comment

Et i. non solûm, non seulement

Ipse expecto, moy-mesmes i attens

Vestras literas, de vos lettres,

Et i. sed etiam, mais aussi

Scribo ad vos, ie vous escry,

Cum habeo[aliquem,] quand i ay quelcun

Qui ferat) sub. ad vos meas, pour vous porter des miennes.

II.

Volumnia debuit in te officiosior esse, quam fuit,
& id ipsum quod fecit, potuit diligentius facere, &
cautius: quanquam alia sunt quæ magis curemus,
magisque doleamus: quæ me ita cōficiunt, ut ii vo-
luerunt, qui de mea sententia detruserunt. Cura ut
valeas. Prid. Non. Ian.

¶ Volumnia debuit esse, Volumnia deuoit estre
Officiosior, plus securable

In te, enuers toy,
Quām fuit, qu'elle n'a esté:
Et idipsum quod fecit, & le plaisir mēme qu'elle t'as fait,
Potuit facere, elle le pouuoit faire
Diligentius, plus soignement,
Et cautius, & plus discretement (sub. quām fecit:
Quanquam alia sunt, toutesfois qu'il y a d'autres choses,
Quæ magis curemus, magisque doleamus) i. quæ magis
curare, ac dolere debeamms, dequoy nous deus plus nous
soucier, & plus les plaindre:
Quæ, les quelles choses
Me conficiunt, me tourmentent
Ita, vt voluerunt, ainsi qu'ont voulu
Ii, qui me detruiserunt, ceux qui m'ont destourné maugré moy
De mea sententia, de mon opinion.
 ¶ Cura vt valeas, Pense de ta santé.
 ¶ [Datum] pridie Nonas Ianuarias) i. quarto dic
Ianuarii, Donné le quatrième de Janvier.

Epistola XVII.

TULLIVS TERENTIÆ SVÆ S. D.

Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem
Id, & pluribus verbis, & səpius: nunc quæ sunt
negotia, vides. Ego autem quomodo sim affectus,
ex Lepta & Trebatio poteris cognoscere. Tu fac,
vt tuam, & Tulliæ valetudinem cures. Vale.

¶ Si quid haberem, Si j'avois quelque chose,
Quod ad te scriberem, pour t'escrire,
Facerem id, ie le ferois
Et pluribus verbis, & səpius, & plus amplement, & plus sou-
vent:

Nunc vides, mais tu vois
Quæ sint negotia, quels sont les affaires, & en quel estat.

¶ Poteris autem cognoscere, Or tu pourras coñoistre
Ex Lepta, & Trebatio, tant par Lepte que par Trebatio
Quomodo ego sim affectus, comment je suis disposé.

¶ Tu

¶ Tu fac, vt tuam, & Tulliæ valetudinem cures,
Fay que tu penses de ta santé, & de celle de Tullia.

¶ Vale, A Dieu.

Epistola XVIII.

TULLIUS TERENTIAE, ET PATER SVA-
VISSIMÆ FILIAE: CICERO MATRI,
ET SORORI S. D. P.

Considerandum vobis etiam atque etiam, ani-
mæ meæ, diligenter puto quid faciatis, Romæ-
ne sitis, an mecum in aliquo tuto loco. Id non so-
lum meum consilium est, sed etiam vestrum.

¶ Tullius salutem plurimam dicit, Tulle se recomman-
de affectueusement
Terentia æ vxori suæ, à sa femme Terence,
Et pater, & le pere, (Tullius scz.)
Filiæ suauissimæ, à sa fille tres amiable (scz. Tulliolæ)
Et Cicero [filius salutem dicit,] & le petit Cicero se recom-
mande pareillement
Matri, & sorori, à sa mere, & à sa sœur.

¶ Puto, il me semble,
[O] animæ meæ, mes tres chères, & bien-aimées,
